Antiphona: Sanctus iste cum in vita[o] monastica vinum amministraret[p], ex obedientia vas, quod e[q] manu lapsum[r] confregerat, repente de terra potu conservato integrum levat, alleluja VI. [25] Antiphona: Mulieri aegrotae[s] dans de benedicto pane dulce, fecit ei panis edulium, unde non gustaverat per triennium, alleluja VII. [26] Antiphona[t]: Monstratur caelitus[u] sancto viro purpureus ac niveus ordo, eique divina denuntiatur[v] voce, quod consorcium habeat cum utroque, alleluja VIII. [27] In[w] ewangelio[w]: Benedic regem cunctorum, conversa gens Wandalorum, te splendor illuminavit, quem oriens destinavit; Adalbertus, Christi verna, tua exstitit[x] lucerna, alleluja, alleluja VI. [28] In[y] secundis vesperis[y]: O Adalberte, sacer antistes, Christo tuos commenda supplices, ut tuis protecti solaciis paschalibus[z] fruamur gaudiis, alleluja, alleluja, alleluja VIII.

---

o) *in G25 am Rand hinzugefügt* ad nunc dimittis. p) administraret *G21 G28.* q) *Rasur in G20, ursprünglich* de. r) *in G 20 auf Rasur.* s) egrote *G20 G23 G25 G26;* egrotae *G21.* t) *fehlt in G26 G28.* u) celitus *G 20 G23 G25 G26 G28.* v) *Rasur von* n*; ursprünglich* denuntiantur *in G 20.* w-w) ad benedictus antiphona *G21 G26 G28.* x) extitit *G20 G23.* y-y) ad magnificat antiphona *G21 G28.* z) pascalibus *G20.*